

non iracundi, non acephali^a, non detractores, non ullius saecularis negotii sectatores, sed ita idonei, ut speculum fol. 36^b. populo || esse possint, quia operibus iustis et inrepraehensibilibus id, quod docent, confirmare debent.

XII.^b Admonemus, ut unusquisque presbiter populum sibi subiectum instruat et ei ex auctoritate canonica¹ praecipiat, ut dies dominicos^c seu festivitates sanctorum diligenti cura observare et celebrare studeat, et in illis diebus prohibeat populum, ne aliquod servile agat, collocutione sua, et, placita inter^d ecclesiastica^e loca illis diebus ne habeat², omnimodis coherceat.

XIII. Volumus, ut unusquisque presbiter suam ecclesiam bene provideat et luminaria concinnanda atque campanam seu nolan ad sonandum vel etiam vestimenta sacrata his ad providendum commendet sine personarum acceptione, quibus opinio bona et ad dei servitium voluntas prompta existat³.

XIIII. Iubemus et canonica auctoritate⁴ praecipimus: et^f presbiteri baptismalis ecclesiae adeo á suis titularibus et sibi subiectis presbiteris in omni more honorentur, ut nil extra normam canonicam acturi inveniantur. quod si qualibet temeritate huius rei contemptores extiterint, canonica auctoritate castigandi iudicentur.

XV. Parvulo⁵ aegrotanti de qualibet parrochia allato^g baptismi gratia non negetur, et hoc summa oboedientia magistro, quo more contigisset, relatum fiat.

XVI. Hoc vero magno certamine et summa diligentia praecipimus, ne quis presbiterorum alicui suo sodali ulla calliditate vel pecunia propriam ecclesiam sibi usurpare presumat. quod si in ea ratione convictus fuerit, regulam canonicam⁶ se violatam habere cognoscat et ob hoc secundum regulam ipsam iudicandum.

XVII. Admonemus⁷, ne ullus presbiter cum canibus

a) cephalí *Cod.* b) XII *corr. ex XIII*, XIII *corr. ex XIII* etc. usque ad XXV *corr. ex XXVI*. c) dom̄. *Cod.* d) int̄ *Cod.* e) ecc̄as. íc. *Cod.* f) ut *scr.?* g) allato] *corr. ex allata Cod.*

1) Vgl. Hinschius, Kirchenrecht IV, 288 ff. 2) Vgl. Conc. Mog. 813 c. 40, Conc. Turon. 813 c. 39. 3) Vgl. etwa Conc. Aquisgran. 816 I c. 131 i. f. (Mansi 14, 238). 4) Vgl. oben S. 281 Anm. 6. 5) Burch. 4, 49 hat ein entsprechendes Stück mit der falschen Inscription 'Ex decr. Eugenii papae cap. V.'; dieses rührt aber nicht aus c. 15 Cap. Frising. her, sondern aus Theodulfi Aurelianensis Capitulare primum c. 17 (Migne 105, 196). 6) Vgl. Hinschius, Kirchenrecht V, 162. 7) Vgl. Hinschius a. a. O. I, 134 Anm. 1, V, 264 Anm. 1; Haito, Cap. c. 11.